

**Cogitationes, Sive Considerationes Christianae Pro  
singulis Anni diebus**

Complectens Januarium, Februarium, Martium

**Nepveu, François**

**Monachii, 1709**

Dies 6. De morte. De neccessitate mortis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60495](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-60495)

Februarii.

DIES VI.

De Morte.

*De necessitate Mortis.*

I.

MORIENDUM EST. Hæc est veritas, de qua dubitare nemo potest. Hæc est sententia à justitia DEI pronuntiata, à qua aliò appellari non potest. Hæc est lex, qua nemo est immunis. Hæc reges vulgo permiscet; quos, postquam orbi dedere leges, mortis parere legibus necesse est. Adulatio, quæ ipsos reddere deos voluit, immortales eos reddere non valuit. Tunc etiam cum in medio gloriae & triumphorum suorum, thronum occupant supra Mortalium capita elati, ad mortem, velut hominum vilissimi condementur, & in seipsis, ut Apostolus ait, *responsum mortis habent*: Inviti percipiunt arcanam quandam vocem, quæ ad deprimendam ipsum arrogiantiam ejus dicit: *Pulvis es, & in pulverem reverteris*. Forent tam inflato, ac tumenti animo, si hujc auscultares voci?

*Cor. I.  
v. 9.*

*Gen. 3, v. 19.*

II. Nihilominus, cum certò nobis moriendum sit, ita vivimus, ac si immortales essemus. Si tam perspectum nobis esset,

H  
nos

**Februarius**, nos non morituros, quām perspectum nobis est, nos morituros, an aliter vivemus? qui sententiā irrevocabili ad mortem damnati decreti executionem in momenta prae stolamur, tempus tamen terimus ludendo, nos oblectando, mille vanis, & vastis Consilijs excoquendis, quasi æternū essemus victuri. Quid dices de homine, qui obscuro carceri inclusus, & in momenta expectans, quando in ferale pegma esset producendus, non cogitarer, nisi de excoquendis ambitionis consilijs, de magnis divitijs sibi comparandis, de magnificis extuendis palatijs, utique eum mente motum esse affirmares? an tu minùs insanis, si idem, quod ille, agis?

III. Homo hodie comparet, cras è conspectu evolat. & ubi oculis se subduxit, brevi è memoria excidit. Hoc unicum commodum Principes & magnates habent, quòd, ubi cadunt, majorem tumultum excitent, eorumque ruina majore cum fragore fiat. Atque hoc est, quod splendido gloriæ, imò & immortalitatis titulo nuncupatur. Quid magis vanum? quid magis frivolum est? præter hoc tamen mundus aseclis suis dare potest nihil. estne operæ pretium, ut tanti suscipiantur labores ad id obtainendum? estne operæ pretium,

*Periit me.  
moriaeorum  
cum sonitu  
Psal. 9.*

tiū, ut ei acquirendo æternitatem nostram Februarius  
in discrimen coniçciamus? hæc est illa fasci-  
natio puerilium nugarum, quæ à SS. Literis  
appellatur *fascinatio nugatitatis*, Quæ <sup>Sap. 4.</sup>  
mundi sectatores incantat, quæ verè fa-  
pientum miserationem excitat, justam  
tamen DEI indignationem provocat. Ah  
Domine! fac, ut potius te ad commiserat-  
tionem, quām ad iram provocem, & mi-  
sericordia tua te impellat, ad rumpendum  
ope luminis & gratiæ tuæ fascinum, quod  
nos excæcat,

*Statue, nec diem prætermittere vitæ tuæ  
quoniam identidem tibimet dicas: Moriendum est.*

Statutum est omnibus hominibus, semel  
mori. *Hebr. 9. v. 27.*

Tantò magis appropinquat vitæ finis,  
quantò magis distulit. *Euch.*

---

DIES. VII.  
De brevitate Vitæ.

I.

Mors propinqua est. Cuncta, quæ vi-  
des, cuncta, quæ audis, eam tibi  
annuntiant; nec tamen ejus recorda-  
ris? intra breve temporis spatium com-  
parere tibi necesse est coram severissimo